Johannes de Aragonia miseratione diuina tt. Sancti Adriani Sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis ad Ungarie bohemie et Polonie Regna ac Uniuersas et singulas prouincias ciuitates terras
et loca Illustrissimis dictorum Regnorum Regibus subiecta et illis vicina ac adherencia necnon ad quecumque loca diuertimus apostolice sedis de latere Legatus dilecto nobis in Christo fernando beçerano clerico Ispalen Illustrissimi principis et domini herculis ferrarie
ducis familiari continuo comensali Salutem in domino sempiternam Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et uirtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut te specialibus fauoribus et gratiis
prosequamur hinc est quod nos volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu fauore prosequi gracioso teque a quibusuis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis censuris et penis a iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis si quibus
quomodolibet innodatus uel irretitus existis ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes et absolutum fore censentes ac omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que etiam ex quibusuis apostolicis dispensationibus
obtines et expectas ac in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit quecumque quotcumque et qualiacumque sint eorumque fructuum redituum et prouentuum ueros annuos ualores ac huiusmodi dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes
tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi ut quecumque duo curata seu alias inuicem incompatibilia beneficia ecclesiastica etiam si due parochiales ecclesie uel earum perpetue vicarie aut dignitates personatus administrationes uel Officia in Cathe
dralibus etiam Metropolitanis uel Collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in Cathedralibus etiam Metropolitanis post pontificales maiores seu in Collegiatis ecclesiis huiusmodi principales seu illa mixtim fuerint et ad illos illas uel illa consue
uerit quis per electionem assumi eisque cura immineat animarum si tibi alias canonice conferantur aut eligaris presenteris uel assumaris ad illa seu instituaris in eis recipere et quoadvixeris retinere illaque simul uel successiue simpliciter uel ex
causa permutationis quociens tibi placuerit dimittere et loco dimissi uel dimissorum aliud uel alia simile uel dissimile aut similia uel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum uel ecclesiastica duo duntaxat inuicem incompatibilia recipere
et similiter quoadvixeris retinere libere et licite valeas generalis Concilii et quibusuis aliis Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis necnon ecclesiarum in quibus incompatibilia beneficia huiusmodi forsan fuerint statutis et consuetudinibus
iuramento confirmacione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis ac omnibus illis que Sanctissimus dominus noster papa in suis infrascriptis literis nobis concessis uoluit non obstare ceterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica qua in
hac parte fungimur de specialis dono gratie dispensamus Prouiso quod incompatibilia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis si qua illis immineat nullatenus negligatur Sufficienti in premissis per
Sanctissimi domini nostri Sixti pape iiii infrascripti tenoris literas facultate suffulti Quarum literarum tenor talis est Sixtus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Johanni de Aragonia sancti Adriani diacono Cardinali ad Ungarie bohemie et polonie Regna
ac uniuersas et singulas prouincias ciuitates terras et loca Carissimis in Christo filiis nostris dictorum Regnorum Regibus subiecta et illis vicina seu adherencia apostolice sedis legato Salutem et apostolicam benedictionem Cum te ad Ungarie bohemie et polonie Regna ac uniuersas et sin
gulas prouincias ciuitates terras et loca Carissimis in Christo filiis nostris dictorum Regnorum Regibus subiecta et illis vicina ac adherencia pro diuersis arduis et magnis nostris et Romane ecclesie negociis legatum de latere de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium
consilio prouincialiter destinemus Nos volentes ea tibi concedere per que te aliis valeas reddere graciosum Circumspectioni tue quibuscumque familiaribus tuis continuis commensalibus presentibus et futuris etiam sub legatione tua non comprehensis ac quibusuis aliis personis
infra limites eiusdem legationis constitutis ecclesiasticis secularibus et quorumuis ordinum regularibus etiam quecumque defectum Natalium patientibus de quibus tibi uidebitur ut eorum singuli uel earum singule duo uel tria curata uel alias inuicem incompatibilia
ecclesiastica secularia et ordinum quorumcumque etiam Cisterciensis et Cluniacensis regularia etiam si dignitates in Cathedralibus etiam Metropolitanis post pontificales maiores et in Collegiatis principales personatus administrationes Officia Canonicatus et prebende in eisdem Cathedralibus
etiam Metropolitanis uel Collegiatis ecclesiis ac prioratus prepositure etiam Conuentuales et inter ea due parochiales ecclesie uel earum perpetue vicarie seu ipsa omnia incompatibilia beneficia huiusmodi talia mixtim fuerint et ad dignitates personatus administrationes uel offi
huiusmodi consueuerit quis per electionem assumi eisque cura immineat animarum si alias eis canonice conferantur aut eligantur assumantur uel presententur ad illa seu instituantur in eis recipere et insimul ad certum tempus uel quoadvixerint prout tibi uidebitur secularia in ti
tulum et regularia in commendam uel si regulares persone fuerint unum Regulare in titulum et Reliqua in commendam retinere illaque simul uel successiue simpliciter uel ex causa permutationis quociens eis placuerit dimittere et commende cedere et loco dimissi uel
dimissorum aliud uel alia simile uel dissimile similia uel dissimilia ecclesiasticum uel ecclesiastica duo uel tria dumtaxat inuicem ut prefertur inuicem incompatibilia beneficia similiter recipere et insimul quoadvixerint in titulum ut commendam retinere libere et licite ualeant
cum plena et opportuna expressione et narratione quarumcumque priorum dispensationum tam super duobus quam tribus Curatis seu alias incompatibilibus beneficiis huiusmodi obtinendis dictis familiaribus seu personis ad eorum ad eorum vitam ut certum tempus etiam
forte expirati concessarum aut cum prorogacione eiusdem temporis nondum expirati ad aliud tempus uel uitam familiarium seu personarum earundem necnon illorum opportuna inclusione uel exclusione prout melius et utilius pro ualiditate dispensationum per te
ad huiusmodi duo uel tria curata seu alias inuicem incompatibilia etiam cum potestate illa dimittendi ac ad prouidendum futuris euentibus qui in assecutione eorundem duorum uel Trium incompatibilium beneficiorum huiusmodi quomodolibet euenire poterunt
tibi uidebitur expedire dispensandi auctoritate apostolica tenore presentium plenam et liberam concedimus facultatem Pictauiensis et aliorum generalium Conciliorum et quibusuis Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis ac nostris illa presertim per quam dudum inter
cetera voluimus et Ordinauimus quod per quamcumque signaturam deinceps faciendam nulli cuiuscumque dignitatis status gradus uel conditionis foret certis exceptis personis daretur dispensacio quod duas parrochiales ecclesias aut dignitates in Ca
thedralibus post pontificales maiores uel in Collegiatis ecclesiis principales aut unam cum reliqua earum insimul retinere valeret nisi ipse parrochiales ecclesie adeo contigue et inuicem propinque forent quod eis per unum commode deseruire posset illarumque
fructus redditus et prouentus insimul ultra viginti quatuor florenorum auri de Camera secundum communem extimationem non valeret annuatim et si per preoccupationem uel alias litere super tali dispensatione confecte repperirentur ille nullius essent
roboris uel momenti et idem in prorogationibus dispensationum ad incompatibilia obseruaretur quodque ipsi familiares tui et persone huiusmodi ex eisdem exceptis personis non sint ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus Prouiso quod incom
patibilia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in parochialibus ecclesiis seu vicariis et si qua immineat beneficiis huiusmodi nullatenus negligatur Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incar
nationis dominice Millesimoquadringentesimoseptuagesimonono tertio kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Octauo Sixtus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Johanni de Aragonia sancti Adriani diacono Cardinali ad hungarie
bohemie et polonie Regna ac uniuersas et singulas prouincias ciuitates terras et loca Carissimis in Christo filiis nostris dictorum Regnorum Regibus subiecta et illis vicina seu adherencia apostolice sedis legato Salutem et apostolicam ben[edictionem]
Cum te ad Ungarie bohemie et polonie Regna ac uniuersas et singulas prouincias ciuitates terras et loca Carissimis in Christo filiis nostris dictorum Regnorum Regibus subiecta et illis vicina seu adherencia pro diuersis arduis et magnis
nostris et Romane ecclesie negociis legatum de latere de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio prouincialiter destinemus et forsan propter rerum difficultates accessus tuus ad Regna Ciuitates terras et loca predicta postquam
de Curia predicta recesseris aliquandiu poterit retardari nos ne interim ad exequendum utilia pro uotiuo effectu negociorum eorundem potestatis deffectu te impediri contingat prouidere cupientes Volumus tueque Circumspectioni apostolica
auctoritate concedimus quod postquam de curia predicta per viginti milliaria exiueris etiam antequam dicta Regna ciuitates terras et loca circumuicina et alias partes huiusmodi ingrediaris in omnibus et singulis tibi tam prefate lega
cionis quam per quasuis alias literas nostras concessis facultatibus in commissis facultationes sit tibi perpetuata potestas et iurisdictio attributa in eo uigore eaque firmitate possis in omnibus et singulis premissis etiam cum personis undecumque
uenientibus in predictis aut quibuscumque et quodcumque petentibus pro se uel aliis procedere ac si infra Regna ac terras et loca existeres antedicta et similiter in eisdem Regnis ciuitatibus et locis cum quibuscumque personis undecumque uenien
tibus ut prefertur decernentes omnes et singulas tibi per nos concessas facultates et legationis autem non solum ad expressa Regna prouincias ciuitates et terras sed etiam ad omnia loca circumuicina et per que te transire seu in quibus
moram facere contigerit eundo et redeundo se extendere et extendi debere Nonobstantibus omnibus que in eisdem literis voluimus non obstare ac Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque
Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoseptuagesimonono tertio kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Octauo In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium
premissorum presentes litteras fieri fecimus nostrique Pontificalis Sigilli iussimus appensione muniri Datum ferrarie Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimooctuagesimo Octauo Id.
Augusti Pontificatus prefati Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti pape Quarti Anno Nono

Grat. de mandato R.mi d. legati

B. E.

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 410
Hospital del Cardenal, leg. 1-3

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

[illegible]
[illegible]
[illegible]

2
Nº 277

Del S.r Canonigo Diego
de Rivera

273